

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis;
necnon varia summorum Pontificum Decreta, contra Moralis corruptæ
propositiones, & alia

Genet, François

Parisiis, 1703

Declaratio Sacræ Congregationis Concilii Tridentini à SS. D. N. Clemente
Papa IX. approbata, super accessu Regularium ad Monasteria Monialium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40817

Nota: In propositionibus damnatis ab Alessandro VII. propositio duodecima videbatur limitata ad solos mendicantes. Ita enim habet propositio; Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id ab Episcopo facultate. At Clemens X. magis amplè loquitur, dum absolute sic pronunciat, Ex facultatibus per Mare magnum, alia- vè privilegia cujuscumque Ordinis, instituti, aut Societatis, etiam Iesu concessis, facta eis non est potestas absolvendi in casibus ab Episco po sibi reservatis.

DECLARATIO

Sacra Congregationis Concilii Tridentini à SS. D. N. Clemente Papa IX.. approbata, super accessu Regularium ad Monasteria Monialium..

Die 11. Maii 1669. Sac. Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, habita notitia, quod nonnulli Regulares absque licentia erates Monasteriorum Monialium adire, & frequentare non dubitent, prætendentes non esse interdictum per breve tempus, etiam usque ad quadrantem horæ cum dimidio, quod horologio arenario aliquando metiuntur, Moniales, aliasque personas intra Clausuram existentes alloqui; & hanc opinionem tanquam tutam assument, disseminent, & etiam forsan in scriptis evulgent, proprias graviter illaqueantes conscientias, & scandala confoven tes, ad hujusmodi perniciosos errores eliminandos opinionem prædictam improbans, rej-

280 *Constitutio Clem. IX.*

ciens , & damnans , declaravit , Regulares
cujuscumque Ordinis , Militiae , Societatis ,
Congregationis , & Instituti , etiam de quibus
specialis mentio foret habenda , qui ad Mo-
nasteria Monialium , quamvis ab Ordinarii
Jurisdictione quomodolibet exempta , & etiam
ipsis Regularibus subjecta , vel alias speciali
mentione digna , absque legitima facultate ac-
cedunt colloquendo , etiam per quocumque
modicum tempus , cum Monialibus , aut aliis
intra Clausuram degentibus , peccare mortali-
ter , eosque sub excommunicationis , & priva-
tionis vocis activæ , & passivæ , aliisque contra
Regulares accedentes sine licentia ad Monaste-
ria Monialium statutis poenis posse ab Ordina-
rio , tanquam Sedis Apostolicæ Delegato car-
cerari .

Et die 7. Junii ejusdem anni , facta relatione
SS. D. N. Sanctitas sua præsentem Declara-
tioneim approbavit , ac typis dari , servari-
que jussit .

A Card. Celsus Præfектus.
Loco † Sigilli.

*E. Brancaccius Archiep. Adrianopolis
Secretarius.*

